

## CAPVT X.

DE

CONTRACTU INNOMINATO  
TRANSACTIONIS.

**A**bsolutis Contractibus Nominatis, inserviunt Contractus Innominati, & Quasi Contractus, seu obligations, quae ex Quasi Contractu nascuntur. Ex Innominatis primo loco tractandum est Cambium, nisi illud, utpote longiori discussione exigens, supra post Emptionem tractasse, aliorum Theologorum more. Nunc vero propter ceteris tractabo Transactionem, utpote quae speciales Titulos habet: tum in Digestis lib. 2. tit. 15. tum in Codice lib. 2. tit. 4. & est ceteris celebrior ac dignior, & de Nominatis illud participans, quod Transigentibus non licet ponere.

## CONTROVERSIA I.

*Quid sit Transactionis.*

## SUMMARIUM.

Definitio Transactionis. 984.

Diversae significations Transactionis. 985.

An sit numeranda inter Contractus Nominatos. 986.

Cur in Contractu Transactionis non licet ponere. 987.

Transactionis debet esse de Iure dubio. 988.

An post latam sententiam possit adhuc esse locus Transactionis. 989.

An postquam sententia transit in rem judicatam, nec superest aliud remedium superenrum executionis, posset firmari juramento Transactionis. 990.

984. **D**efinitur apud Molinam, quod sit: *De re dubia, lata, aut Controversia jam mota non gratuita pactio.* Ita etiam definit Treutlerus. In qua definitione pro genere ponitur *Pactio*, alii communius volunt *Genus proximum esse Contractum*. Hoc genus impugnat Bacchovius *litt. D. th. 1.* sed levibus argumentis, quale est illud, quod causa non possit esse genus sui effectus: at-

qui Pactio & Contractus est causa Transactionis, quod probat, quia Transactionis fit pacto, vel contractu. Sed quam hoc leve sit, intelligunt Logici, qui sciunt, *Genus & differentiam dici causas & partes intrinsecas Metaphysicas Speciei, & hoc tenu species fieri seu constitui genere, & differentiam.* Sanè argumentum probaret, quod nec Emptionis, Locationis, &c. genus efficit contractus, nam etiam sine abfido dici potest, Emptionis fieri puto & conventione: sicut recte dicimus, discurrsum fieri cognitionibus, a quibus recipi non distinguuntur.

985. Ceterum, pro meliore intelligentia sciendum est, *nomen Transactionis* alter quandoque in Iure sumit, quām sumitur in praesenti. Sumitur enim etiam pro quacunque compositione aut terminatione aliquis negotii. Sic dicitur, *lis transigj. iuramento*, quando jurezurando lis finitur, & hoc sensu etiam dicitur Iuramentum habere specimen transactionis. *l. 2. & 31. ff. de Iurezendo. & l. 229. & seq. de V. S. sic habetur.* [ Transactione finitave intelligere debemus, non solum de quibus controversia fuit, sed etiam, quae sine controversia sunt possessa: ut sunt, iudicio terminata, transactione composita, longioris temporis silentio finita.] Id est praescripta.

In praesenti autem sumitur pro Pacto non quoquoniam nudo, sed pro Contractu, nempe qui pars actionem civilem, unde defumitur natura Contractus, ut differt a nudo pacto, prout docuitur. 8. in princ. Et sane in Iure non solum vocatur Contractus. *l. 5. C. b. t. ibi.* Si de fide Contractus constet. Deinde omnium Confessione Transactionis est *Convenio*, & ideo à VVelenbecio & Bacchovio ejus genus assignatur *Conventa decisio*, continet itidem Synallagma, ut ex dicendis constabit. Nihil ergo potest desiderari ad rationem Contractus.

Frivola est quorundam objecatio: Distractus non est Contractus. Transactionis est distractus: ergo non est contractus. Potest enim optimo

Iure

## Contr. I. Quid sit Transactionis.

313

lure negari major, quia idem actus potest esse distractus unius, & contractus alterius obligationis, sicut qui odi peccatum amore Dei, uno eodem actu amat & odit, sed diversa. Itaque Transactionis est distractus prioris negotii & cause dubiae, sed est contractus novam obligationem inducens.

986. An autem sit iste contractus numerandus inter contractus nominatos, an innominatos, est iam recepta sententia contra Corasium, esse contractum innominatum. Ratio potissimum hujus sententie est, quod licet Transactionis si rem spectemus, iuxta acceptiōē stricte sit specifica convenio, cum habeat definitionem propriam, quibus differt a ceteris conventionibus, nonen Transactionis tamen non minus generale sit, quam nomen Permutationis, quia in vulgari modo loquendi aliis conventionibus adhibetur. Ex eo etiam colligitur, quod quando Transactioni non accedit Stipulatio, deatur *Alio prescripsit verbis*, quae datur ceteroquin ex Contractibus innominatis. Habetur *l. 6. C. b. t. ibi.* [ Aut enim stipulatio conventioni (eras Transactionis) subdit est, & ex stipulatio actio competit; aut si omnia verborum obligatio est, utilis actio, qua prescriptis verbis rem gestam demonstrat, danda est.]

Colligitur idem ex eo, quod uno fidem non servante nec alter servare tenatur, quod etiam est proprium contractuum innominatum. Habetur *l. 21. C. de Paclis.* [ Cum proponas, inter vos sine scriptura placuisse, fratum tuorum] successiones aquis ex partibus dividit, & transactionis causa probari possit hanc inseruisse conventionem: exceptione teueri potes, si possides. Quodsi adversarius tuus te neat, ex hoc placo nullam actionem natam esse, si tibi stipulazione non prospexit, & debes intelligere: nec adversario tuo transactione ui concedendum est, nisi ea quae placita, adimplere paratus sis.]

Itaque contractus iste pertinet reductive vel ad contractum innominatum, *Do ut facias, id est, do hoc, si remittas debitum dubium, vel: facio ut des.*

987. Objicunt aliqui. In contractibus innominatis licet ponere, non item in contractu transactionis. *l. 29. C. b. t.* [ Quamvis enim, qui pactus est, statim ponere, transactionem relinqui, & lis inflatur non potest: & qui tibi suauis, intra certum tempus licet a transactione recedere, falsum adleyeravit.] g. Hoc specialiter introductum esse favore litium praefarum, ne denud influentur. *l. 16. C. b. t.* *Causas, velliter transactionibus legitimi finitas imperiali rescripto resuscitari non oportet.* Itaque in ceteris contractibus innominatis permisum est ponere illi, qui jang ex parte sua implevit, antequam alter implet, etiam si alter paratus sit implet.

Christ. Haun. de Jusi. Tom. IV.

non item si transactionis est: quamvis, si alter non implet, possit etiam ille, qui implet, recedere, & quod dedit re petere.

Hacenus explicatum est genus hujus Contractus, nunc de differentia. Dicitur *Pactio non gratuita*, nempe quia actor non gratis recedit a lice vel actione quam sibi contendit a compete, sed necesse est, vel aliquid dari, vel restineri, vel promitti. *l. 38. C. b. t.* *Transactio, nullo dato, vel retento, seu promiso, minime procedit.* Hinc notat P. Molina n. 5. quod quando ex parte rei conveni, vel convenienti nihil prestatur, in eum finem, ut vicissim actor his suum pretensum remitteret, & actor sponte ab actione recederet, non esset Transactionis Iuridica, sed potius compositionis, vel condonatio, quae etiam in spiritualibus locum habet, sed non Transactionis proprieta sumpta.

988. Debet deinde Transactionis esse de re dubia, seu de lute dubio. Cetera enim in transactionem non veniunt, ut supponitur *l. 1. ff. b. t.* [ Qui transigunt, quaf de re dubia, & lute incerta, neque finita transigunt, qui vero pacificetur, donationis causa rem ex tam & indubitate liberalitate remittit.] Unde si actor cerum esset non deberi quod pretendit, & per modum transactionis reus aliquid dedisset, id repete posset, quia contractus fuerit nullus. *l. 65. ff. de conduct. indebit. §. 1. ibi.* Sin autem evidens calumnia degeneratur, & transaction imperfecta est, repetito dubitur. Quod si vero reus certe seiter, actor re debet, & cuncte hoc nesciente transigeret, in foro quidem externo transactione valeret, subveniretur ramen actori, dando actionem de dolo, quia potest posset refutacionem contractus, ut habetur *l. 19. C. b. t.* [ Sub pretextu instrumenti post reperti transactionem bonâ fide finitam rescindit lura non patiuntur. Sanè si per se vel per alium subtrahit instrumentis, quibus veritas argui potuit, decisionem huius extorsibile probetur, siquidem auctio superest, replicationis auxilio dolii mali, partii exceptio removetur: si vero jam percepta est, intra constitutum tempus tantum (nempe biennium) actionem de dolo potes exercere.]

989. Queres *l.* An post latam sententiam possit adhuc esse locum transactionis, forte quia non est certum, quod sententia fuerit iusta materialiter. Respondeatur cum distinctione. Vel enim sententia transit in rem judicatam, omnissa appellatione, vel non transit. Si transit, & non est locus resumptionis in integrum, vel allu cui alii exceptioni qua post rem judicatam possit opponi, tunc non est amplius locus transactionis. *l. 32. C. b. t.* [ Si causa cognita prolata sententia, sicut lute traditum est, appellationis, vel in integrum Restitutio quis solennitate suspensa non est: si supra judicato frustra transigti non est opiniois incerta:] Si vero non transit in rem judicatam, vel est locus resumptionis in integrum, adhuc transigi potest, & multo

muled magis, si non constet rem esse judicatum, l. 7. ff. b. t. [Et post rem judicatum transactio valeret, si vel appellatio intercessit, vel appellare potueris. & l. 1. eod. Post rem judicatum etiam illud provocatio non est interposita, tamen, si negatur, judicatum esse, vel ignorari potest, an indicatum sit, quia adhuc illis subiecti possit, transactio fieri potest.] Quibus ultimis verbis ratio indicatur, nempe, ubique & quandounque lis esse potest, locus est transfigendi.

990. Quæres 2. An polliquam sententia transiti in rem judicatam, nec superest aliud medium suspensum executionis, posset transactio fieri validæ adequo jumento. Affirmant multi post Bart. Sed meo iudicio falluntur manifeste. Nam in tali casu ille pro quo lata est sententia, est certus, rem ad se lice pertinere: ergo non est amplius materia transactionis: atque iuramentum non potest mutare naturam contradiçtis. Itaque tale iuramentum obligaret quidem ex Religione auctorem, ut non ageret contra iuramentum, quamdiu non relaxaretur, sed non propterea transactio reddetur alterum securum, nec liberaret ab onere restituendi, sicut iuramentum solvendi usuras obligat quidem debitorem, sed sceneratorem non liberat ab onere restituendi. ut optimè notavit P. Molina n. 3.

## CONTROVERSA II.

*Quibus modis fiat transactio, & que ad eam requirantur.*

## SUMMARIUM.

**T**ransactio sine stipulatione, non nisi ope exceptio clausa elidit actionem. 991.

Bene tamen ipsa tollit actionem acceptilatione.

992.

*Facta per stipulationem Aquiliana non voluntur actio-nes priores, & acceptilatione accedente tolluntur.*

993.

*Stipulatio penalis obligat ad peñam eum qui non pluit. 994.*

*Quid si transactio sit iuramento formata, & adjecta conventionalis pena sine clausula de pacto servando. 995.*

*Specialia Iuris Bavarii. eod.*

*Quid si in transactione non est servata equalitas. 996.*

*Quid si lesio fuisse ultra dimidium justi pretii. eod.*

*Debet fieri suu metu gravi. 997.*

**DICENDUM 1.** Quando Transactio sit simplex, seu conventione, & pacto simplici, absque stipulatione, runc per talem contractum nondum est ipso jure extinta prior

actio, sed tollitur & eliditur ope exceptionis, qua agenti transactio opponitur. Colliguntur ex l. 1. c. h. t. [Vt responsum conguens accipere possit, inserre partii exemplum. ita enim intelligimus, utrum sola convenitio fuerit, aut etiam Aquiliana stipulatio, nec non & acceptilationis secuta fuerit: quæ si subdita esse illuxerit, nullam adversaria tua petitionem hereditatis, vel in rem specialem competenter palam erit.] Ponamus ergo ex Corio exemplum hujusmodi. De fundo Petro tu dicitis te esse hæredem iure Sanquinis, ego jure Institutionis: pendente controvæsiâ, esti lite needum apud Iudicem instituta conventionem est inter nos, ut utriusque traderes certum fundum, ego tibi reliquerem hæreditatem. Re adhuc integrâ, hoc est, needum tradito fundo, possem ego agere, sed ope exceptionis repelli. Quod tamen etiam utilis actio Proscriptis verbis competit vitalis pacti, constat ex leg. 6. superiori relata. C. h. t. ex qua probavimus esse contractum innominatum.

**DICENDUM 2.** Quando transactio sit per acceptilationem, ipso jure perimit prior actio, quam alioquin auctor sibi competeret praetendere. Exemplum ex Casparo Manzio in ib. de Pactis & Transact. 9. 6. n. 5. sit hoc. Ego contendeo, te mihi debere centum ex stipulatione, adeoque verborum obligatione: tu vero negas: pendente lite transegimus interposita acceptilatione super eo. hoc modo. Tu me interrogas, an ex centum, quæ à te peto, & de quibus controversia inter me & te existit, scilicet tibi accepto feram. Ego respondeo, me ex centum controversio scilicet tibi accepto ferre, et à lege, ut reliqua scilicet solvas. hoc casu obligatio ex precedente stipulatione (si qua fuit) contracta & actio perimitur ipso jure l. 4. ff. b. t. postea referenda.

**DICENDUM 3.** Quando transactio sit per stipulationem Aquilianam, tunc per banc novantur actioes priores ex quocunque contractu provenientes, & dubie, deinde acceptilatione accedente penitus tolluntur. Ita leg. 4. ff. b. t. [Aquiliana stipulatio omnino de omniæ precedentie obligations novat & perimit: ipsaque perimitur per acceptilationem.]

Exemplum glossa ad legem 2. ff. b. t. est hoc. Prætentote mihi debere 100. ex munio, v. g. vel vendito. tu negas. transfigimus ad 50. & deinde interrogate. Quod mihi ultra 50. debes, ex munio, solvere promissi. & responde: promitto. Ecce! novationem, debiti ex munio indebitum ex stipulatione. Deinde tu interrogas me. habesne acceptum? & respondeo: habeo. perimitur prior obligatio ex stipulatione & ex munio, manente obligatione ad 50. ex transactione. Hanc subtilitatem Gallus Aquilius auctor stipulationis Aquiliana fundavit, de qua s. 1. Inst. Quibus modis tollitur obligatio. [Est autem proposita stipulatio

## Contr. II. De Modis transigendi.

Iatio quæ vulgo Aquiliana appellatur, per quam contingit, ut omnium rerum obligatio in stipulationem deducatur, & ea per acceptilationem tollatur. Mira profectò subtilitas, & ceremonia! quales utinam omnes à corpore juris abficiuntur, ut etiam agnoscat P. Molina.

Hacenus de modis quibus transactio fieri potest. Omitto autem modos communes alios contractibus, nempe quod possit fieri in, vel extra Iudicium, in scriptura, & sine scriptura, sub conditione, modo, vel pure, & sanis & quæ ac ægris, diebus seriatim & quæ ac profanis. De quibus existent leges sub hoc titulo in Codice, sed non duxi referendas, cum res sit per se clara & facilis. Solùm addo quod de Luce Bavarico tit. 2. Summa Proces. 4. 3. ut transactio fiat inter plebeios & ru- sticos, debet Magistratu incauta, dies significari, & si summa sit infra jo. 8. ad minimum protocollo inscribitur, si vero 50. continet, vel excedat, instrumentum publicum, vel à magistratu, vel ab ipsius transagentibus, qui jus signandi habent, confi- trici, propriâ manu, subscripti, & sigillis muniri; ita ut quadam hoc non factum fuerit, tandem transactio nullas vites habeat, licet rebus probari posset. Vnde patet, hoc iure non semper hoc, per hunc contractum solo consenserit perfici posse. Nunc videndum, quid ad ejus jutitiam obseruantur in.

**DICENDUM 4.** Itaque. Si ex utraque parte non est servata æqualitas moralis, & secundum communem hominum prudentiam estimacionem, hoc est, si plus vel minus notabiliter valeret ius dubium quod alter haberet, quam id quod ab altero accipit, ut à lice discedat, etiam si per ignorantiam fiat, tenetur ille, qui lucratum est, illi, qui laesus est, satisfacere ad æqualitatem, saltem in conscientia. Ratio est, quia illud ius dubium venditur quasi pro re accepta. Potro valorem dubii juris lapide nesciunt estimare simpliciores personæ: sed à doctioribus, possunt intelligere, quanto pretio illud estimarent. Quodlibet vero moralis æqualitas est servata, cestas omnis obligatio quidquam refundendi, etiam si pothes, repetitis instrumentis constaret de rei vereitate, qui tempore contractus ius dubium valebat tantum, & non plus. Et hoc habetur l. 1. 9. C. h. t. suprà jam adductâ.

Sed hincas citetur questio satis controverfa, in foro externo rescindetur transactio, si lesio suffit ultra dimidium justi pretii. v. g. si prudenter communiter tale ius emerent 100. au- teis, & alter tantum solveret. 40. ut creditor ab actione discederet. Utraque sententia tam affirmativa quam negativa habet pro se graves & multos autores, cisque proinde ab auctoritatibus perinde probabilis. Quid verius videatur, di- gum est in contractu emptioris, in legem 2. Cod. de rescend. vendit.

**DICENDUM 5.** Ut transactio valeat, abesse debet metu injustus cadens in

R. 1 virum

## Tractatus X. Caput X.

virum constantem. l. 13. C. b. t. [Interpositas metus causa transactiones raras non haberit editio perpetuo continetur. Nec tamen quilibet metus ad rescindendum ea que consensu terminata sunt sufficit. sed talen metum probari oportet, qui salutis periculum, vel corporis cruciatum contineat.] Ceterum haec conclusio cum textu allato intelligenda est secundum ea que tradita sunt tractatum oportet de contractibus meru initis, ubi dixi probabilius claudicare, videantur ibi dicta.

Quod de metu dictum, cum proportione de dolo dicendum est, jamque super leges adducta sunt. Et talen transactionem claudicare, hoc est, solum ad instantiam lexi, non item ad instantiam illius qui dolum commisit, rescindendum esse, clavis habetur l. 30. C. b. t. [ Transactione finita, cum ex partibus suis magis dolum intercessisse, quam eorum, contra quos preces fundis, confitearis, insinuaris grave, necnon criminosum tibi est.] Ratio autem est, quia turpitudinem suam allegans non metetur audiri, ut habeat vulgaria, et iniquum est, ut aliquis ex dolo suo capiat lucrum. Quod de rescissione dictum est ex parte laesi, adeo verum est, ut cives iuramentum accessisset, adhuc contractus ad lexi instantiam rescindendus esset. Nam iuramentum est intelligentium secundum subjectam materiam, nempe si contractus ex bona fide celebratur. Et iuramento dolo obtinetur non obligare, haberetur, quavis de pacis in 6. & aliis pluribus.

## CONTROVERSIA III.

Quibus personis permisum sit transfigere.

## SUMMARIUM.

**Q**uid possit Procurator cum mandato generali. 998.  
An ager transfigere possit. 999.  
An pupillus infante major sine sutoro. 1000.  
An minorenris, eod. 1001.  
An Tutores & Curatores. 1001.  
An administratores Civitatum & Syndici. 1002.  
An pater in bonis filiorum. 1003.  
An Creditor cessa aitio contra debitorem possit cum debitore transfigere. 1040.

998. **QUÆRITUR 1.** Quid possit procurator habens generale administrationis mandatum. D-hoc ergi capite precedente, ubi transfigendi potestate non competere nisi illi, qui vel speciale mandatum, vel generale cum libera habet, adductis iuribus ostendit. His-

soldi addo, ex communione Iuris interpretuni opinione contra Iasonem; illum quoque posse transfigere, qui speciale mandatum habet compromitti, & vice versa, qui habet speciale mandatum transfigendi, posse etiam compromittere, cum ea sintires se similia. Ita Interpretes in legem 7. C. b. t. & in leg. 10. C. de Procotoribus. & in Anth. si vero C. de Iudicis.

999. **QUÆRITUR 2.** An ager transfigere possit. Et quidem cum medico non posse aut debere transfigere, colligunt aliqui DD. ex l. 3. ff. ex iuris. cognit. Sed nec illa lex hoc dicit, nec per bonam consequentiam inde deduci potest. Solum enim damna transactionem iniquum obtentant. [Si medicus cui curandos sunt oculos, qui eis laborabat, commiserat, periculum amittere oculos eorum per adversa medicamenta inferendo compulit, ut ei possessiones suas contra fidem bonam ager venderet, incivile factum preses provinciæ coerces, remque restituiri jubet.]

Itaque ad quodcum respondetur ex lege 27. C. b. t. [Sanum mente, licet a grum corpore, re & transfigere manifestum est, nec postularre debueras improbo desiderio placita rescindi, valetudinis corporis adversa velamento.]

1000. **QUÆRITUR 3.** An Pupillus, infante major, possit sine tutoris auctoritate transfigere. Trentulus affirmit, si conditionem suam manifeste faciat meliorem. Sed vix appareat, quomodo possit tempore transactionis aperte constare quod conditionem suam faciat meliorem, quandoquidem ius est dubium. Quodsi meliorem facit plus accipiendo, quam ejus in dubium statim dubio valeret, committitur iniustitia, ut supra dictum. Itaque ad quodcum respondetur cum Hunnius q. 16. Aliud esse: ipsum posse transfigere, & aliud: casu quo transfigerit, & postea appareat, quod conditionem suam meliorem fecerit, eum obligari ad servandam transactionem: itaque si pupillus non potest sine tutoris auctoritate adicere haretatem, si tamen adeudo luam conditionem melioram fecit, valeret aditio, ira etiam dicendum, cum transfigere non posse: si tamen transfigit, & conditionem suam meliorem fecit, tenet transfigere.

**QUÆRITUR 4.** De minore 25. annis. (Iure Bavatico, 21. annis) Affirmit Trentulus, eum validè transfigere absque auctoritate cutatoris quem habet, quodsi laetus sit, indigere beneficio restitutio in integrum. Verum quia alibi probavi, hujusmodi contractu scilicet jure nullum (nisi iuramento confirmetur) adeo ut nec obligationem naturalem pariat, ideo ad quodcum simpliciter respondeo, talem contractionem non

## Contr. III. Qui possint transfigere.

non valere, absoluere loquendo, nisi postea apparent, quod conditionem suam meliorem fecerit, prout de pupillo ante dictum est. Aliud dicendum de eo, qui non habet cutatorem. Nam huius transfigatio valeret, & si laetus est, opus habet beneficio restitutio in integrum.

1001. **QUÆRITUR 5.** De Tutoribus & Curatoribus. Ad quod respondentum est ex iis que tract. 4. dicta sunt de auctoritate Tutorum & Curatorum: quibus cum competat ex officio libera bonorum omnium minorum & pupillorum administratio, competet etiam transfigere circa illa bona, que ab ipso decreto Iudicis possunt alienare, nempe bona mobilia, que servando servari non possunt: circa immobilia, aut mobilia qua servando servari possunt, opus ad transfigendum est Iudicis decreto, & causa cognitione. Ita dicto loco adducta sum. Finita tutela & carerat possunt etiam cum ipsi jam 25. dulis transfigere. l. 1. C. b. t. ubi etiam habetur, quod si unus aut alter transfigerit, non proficiat, quodcum non est transactum. [Neque pactio neque transactio cum quibusdam ex curatoribus sive tutoribus facta, auxilio ceteris est in his que separatis communiter gesserunt, vel gerere debuerunt.]

1002. **QUÆRITUR 6.** De administratore Civitatum & Syndicis. & Affirmative l. 12. C. b. t. ubi hoc supponitur fieri posse. [Præses provincie existimabit, utrum de dubia linea transactio inter te & civitatis tuae administratores facta sit, an ambitiose id quod indubitate deberi posset, remissum sit, nam priore casu tamet manebit transactionem jubet, posteriori vero causa nocere civitati gratiam non finiet.] Hoc tamen de mobilibus intelligentum per l. fin. C. de vend. reb. civit. nam immobilia hinc prohibent alienare: ergo & transfigere sine consensu Superioris.

Excipitur Procurator Caesaris & Fifi, l. 13. ff. h. t. Nulli procuratoris principi inconsolabile principle transfigere licet. Eodem modo excipiuntur administratores bonorum Ecclesie, ut Prelati & Reckores, Oeconomi, c. conting. de transact. in s. ubi requiritur ratificatio capituli. ibi. [Respondet, quod si Abbas vel Prior à capitulo suo de ratificatione litteras habuerit, transactio nem quam fecit (si fuerit aliquis anni servata,) capitulum, ac si non consenserit in eam, non poterit revocare.] Videntur sunt quia dixi tr. 4. de administratione bonorum Ecclesie, & que tradunt. Interpretes in tit. de his que fiant a Prelatis & de rebus Eccles. non alien.

1003. **QUÆRITUR 7.** An Pater in bonis filiorum possit transfigere. Quod filios emancipatos negavit. l. 10. ff. b. t. [De re filiorum, quos in potestate non habuit, transfigentem patrem minimè ei obesse placet.] Quod ad illos verò quos haberet in potestate patria, po-

## CONTROVERSA IV.

In quibus rebus, causisque locum habeat Transactio.

## SUMMARIUM.

**A**N superre*sudicata possit fieri Transactio. Remissive.*

*An de rebus alienari prohibitis, & quas haeres resiliunt gravatus est.* 1005.

*Referuntur casus excepti:* 1006. &c. seqq.

*Intellectus legis 36. ff. ad SC. Trebell.* 1009.

*Intellectus legis 104. ff. de solute. eod.*

*Intellectus legis fin. §. fin. ff. de Transactione. eod.*

*An possit fieri Transactio circa contentia in testamento.* 1010.

*An transigens debet ipse testamentum insipisse.* 1011.

*An possit legibus prohibentibus renuntiare.* 1012.

*An possit iuramento firmari.* 1013.

*An fideicommissari possint superfideicommissio dubio transigere.* 1014.

*An circa alimenta velicta possit transfigi.* 1015. &c. seqq.

*An super rebus Ecclesiasticis.* 1017.

*Quoniam posse transfigi inter reum & accusatorem circa delicia.* 1018.

*Quid de criminibus non publicis sed privatis.* 1019.

*Quare excepti patiat adulterium.* 1020.

*An transactio cum uno impedit accusationem aliorum.* 1021.

*An licet transfigere de alieno sanguine.* 1022.

*An de criminibus minores penas quam mori emerentibus.* 1023.

*An de stupro.* 1024.

*An dicta hodieque obseruentur.* eod.

**QUÆRITUR 1.** An superre*sudicata seu post item in iudicio finitam possit fieri Transactio. Ad hoc quasdam patet responso ex dictis controllis dum explicaret illa definitionis pars, quod transactio debet esse de re dubia. Videantur ibi dicta.*

**QUÆRITUR 2.** An de rebus alienari prohibitis, item de illis, quas haeres resiliunt gravatus est, possit fieri transactio. Respondeamus &c.

**1005. DICENDUM,** regulariter non posse detribus alienari prohibitis transfigi, aut compromitti, esse tamen aliquos casus exceptos. Conclusio probatur 1. arg. 4. C. de prediis & aliis rebus min. [ Non solidum per venditionem rustica predi vel suburbana pupilli vel adolescentes alienari prohibuntur, sed neque transactionis ratione, neque permutatione, & multo

magis donatione, vel alio quoquo modo ea transferre sine decreto a domino suo possunt, igitur & tu, si fratribus tuis per transactionem fundum dedisti, vindicare eum potes: sed & si quid invicem ab eis ex eodem pacto consecutus es, id mutuo restituere debes.] Probat. 2. argumento cap. 5. de arbitri. ubi de compromisso (quod cum transactione pati possit procedere in hoc puncto paulo superius dictum) simile quid statuit ex generali regula, quod compromitti non possit circa res alienari vetias. ibi. [ Cum eti spone voluntas, de jure tamen nequiviter privilegium vel indulgentia libertatis, quae monasterium illud induit ad Ius & proprietatem Romanæ Ecclesie pertinere.] Ratio etiam est aperta. Nam si circa talia licita esset transactio, aut compromissum, jam habetur expedita via pervenientia ad alienationem.

1006. Dixi: esse quosdam casus exceptos. Hos referit P. Molina d. 557. n. 7. & sunt quatuor. Primus est, quando ex rationabilis causa, ad preisdendentes, oculis, vel alia gravia damna transfigur autoritate Principis vel eorum confitantes. arg. c. 1. de Transact. [ Post salubrem decisionem (id est Transactionem) de controversia vestra factam decreverimus, ut omnia instrumenta, vel quidquid aliud est, quod per tribus quoquo modo aut extemporis praesertione, seu alter operem de lege, aut quoconque privilegio ferre poterat sit vacuum, & omni virtute vacillans; & sola pactuum inter vos nunc habitotum pagina validum, perpetuamque robur obtineat. Cui NB. si quid forte in iure vel imperio minus significanter infertum est, vires plenissime notio nis ex hac nostra auctoritate suscipiant.] Ita Gregorius III. Vnde infra citatus auctor, hanc exceptionem non solum illoc habere in dubiis Majoratum, sed etiam illis bonis, de quibus Supremi-Principes intende transfigunt, aut compromittunt, de quibus dubium est, ad quem Principiarum aut Coronarum spectent, etiam si alioquin alienari non possint. Expedite enim hoc illis licere, ad graviora mala cavenda.

1007. Secunda exceptio est, & valida transactio, quando pro te vinculata dubia sit, ita ut apud illum maneat, qui eam ut vinculatam prætendit ad se pertinere, & vi transactionis dat de bonis suis rem non vinculatam, quamque potest alienare. Ita AA. ab eodem relati. que exceptio intelligenda est, si alter, cui traditur res non vinculata, prætendebat rem transactionis ad se liberè & non vinculatam pertinere: nam si uterque prætenderet ut vinculatam, v.g. ut Majoratum, non valeret transactio, quia si alienaretur ab eo qui prætendit Majoratum, quod non potest. Ratio autem exceptionis esse debet (nam nullum nos afferim quo hoc exprimatur) quia scires illa alienari prohibita, non alienatur, sed potius redatur. Ergo prohibitio alienationis non

## Contr. IV. De Materia Transactionis.

non obstat transactioni per quam res dubia redditur certa. Utrum autem illa pecunia quam v. g. Possessor Majoratus vi transactionis solvit, ab ipso solo solvenda sit, an autem successores tenentur pro rata aliquid solvere, pendet ex eo, an aliorum successorum negotium gerere volunt, & recipi possint, necne.

1008. Tertia exceptio est: quando transactio efficit conformis statuto præcipenti in tali casu transactionem fieri etiam ab illis, qui alioquin alienare non possunt. hoc ipso enim alienatio est licita, quia est necessaria pro tali causa, esto, si res non fuisset dubii Iuris, alienatio non sufficeret licita.

Quarta exceptio est, ut valeat transactio, si accedit consensus omnium eorum, in quorum favorem res prohibita est alienari: quod tamen ex illo iterum limitandum (ne hec exceptio manifeste inconveniens inferat) nisi in foliis illius favorem esse alienatio prohibita, qui vult transfigere, v. g. pupillas aut minor: sic enim jam omnes consentient, ipso pupillo consentiente: quia ille folius est, in cuius favorem prohibetur transactio. Ergo posset hocipio transfigere, quod est absurdum. Exceptio colligetur ex lege 11. C. de fideicommissis. [ Quoties ab omnibus, qui alienatione ad fideicommissi petitio nem adipisci possunt, venditio celebratur, a quibusdam veidentibus alii consenserint, contractus auctoritas convelli nequaquam potest.]

1009. Contra Conclusionem objici potest 1. ex lege 36. ff. ad SC. Trebell. ubi habetur, si haeres fiduciarium compromittat circa rem alienam hereditarium, fideicommissum, antequam ei hereditas restituitur, teneri fiduciario, seu gravato cautionem praestare de eo indemnificando, si condementur: ergo supponi videatur, quod possit compromittere circa hereditatem restituendam alteri, adeoque non alienabilem: ergo & transfigere potest. Lex ita ait. [ Cum hereditas ex fideicommissi causa restituta est, si ante cum herede compromissum est, puto fideicommissari cavere debere heredi.] Hac tamen lex plures recipit interpretationes. Prima esse potest, eam loqui de compromissione facta in aliquo eventu excepto, inter 4. recentios, & ideo validos. 2. quod loquatur de compromisso approbato ab ipso fideicommissario, tanquam fibi proficuo. 3. Si sciens tacit, & si tacito mandatum dedit compromittendi suo nomine. 4. Si forte in illius absentia factum est, negotio bene gesto.

Objici potest 2. Lex 104. ff. de Solis. dictus: *Ante restitutam hereditatem solutiones & liberationes facte ab herede rate habebuntur.* Ergo etiam transactiones erunt validae. 2. Legem loqui de litterationibus necessariis, non voluntariis. Et ideo consequentia solum valet ad transactionem necessariam, non ad voluntariam.

Objici potest 3. ex lege fin. §. fin. ff. h. t. ubi habetur, transactionem factam ab herede gravatum debitore hereditario ignorante gravamen hereditatis, esse validam. 2. Hoc ipso per argumentum à contrario inferri potest, debitore gnato fideicommissi, non valitutem transactionem, verba legis sunt. [ Idem respondentem est, & in eo, qui fideicommissum recipit hereditatem, si haeres cum ignorantie debitore continxit.] Et hoc constitutum est ex auctoritate. Quo tamen casu competit fideicommissario contra heredem illa actio, qua alioquin competit, contra ipsum debitorum, v. g. ex empto, mutuo, &c. Et si detrimentum affectet illa transactione, teneretur haeres fideicommissario compensare.

Denique, quid vasallus possit circa feudum quod alienare non potest, colligendum est ex illis, quod plene de feudi dicta sunt cap. ultimo, tractat. 9.

**QUÆRITUR 3.** An possit fieri transactio circa ea quae in testamento continentur, priusquam sciantur, quid in testamento continetur, & dum incertum est, quid ex illo debetur, & quod nondum fuerit inspectum testamentum.

**1010. DICENDUM**, & respondendum est negative. Habetur 1. ff. h. t. [ De his controversiis quis ex testamento proficiscantur, neque transfigi, neque exquiri veritas alter potest, quam in speciis cognitisque verbis testamenti.] Qua verba repeatuntur l. 1. §. 1. ff. Testamentum quemad, aper. Quodsi post inspectum testamentum & factam transactionem Codicilli proficerantur, transactio ad hos non extenditur. l. 12. ff. eod. [ Non est ferendus, qui generaliter in his quae testamento ei relata sunt, transfigeret, si posset censurit de eo solo cogitasse, quod primâ parte testamenti, ac non etiam quod posteriorē legatum est. Si tamen posset codicilli proficeretur, non improbè mihi dicturus videtur, de eo dimitat se cogitasse, quod illatum tabularum, quas tamen noverat, scripturā continetur.]

**1011. DICENDUM 2.** Non est tam necesse, ut testamentum is ipse inspicerit, qui circa contenta in testamento transfigit, sed factis est, quod ab aliis intellexerit. Debuit tamen relatio fuisse vera. Alioquin jam non verificaretur, quod habuerit veram notitiam contentorum in testamento. Ratio autem Conclusionis est, quia alioquin, qui legere non posset, nunquam posset circa talia transfigere.

**1012. DICENDUM 3.** Contra glossam in c. l. 1. & contra Ant. Fabr. in l. 6. non posse transigentes validate talem transactionem renuntiationem, quia huic legi renuntiantur. Probatur. Conflitio annulans hujusmodi transactionem, est introducta ad cavendas fraudes: atque haec non caveruntur sufficienter, si renuntiationi locus esset: nam quæ fraude quis inducere

## Tractatus X. Caput X.

tua ad transfigendum, eadem facile induceretur ad renuntiandum.

Confirmatur à pari. Nam neque Minor potest renuntiare constitutioni in suum favorem introductæ, nec uxor constitutioni annullantia alienationem fundi dotalis. Ratio autem omnium est, quia non precisè in favorem & bonum personæ private volentes transfigere, sed simul etiam & æquæ principaliter ob bonum publicum, & ut ultime voluntates exiunt habeant, sunt introductæ; & hinc evanescit fundatum glossæ: nempe quod quis possit renuntiare luti in suum favorem introducto. Negatur, inquam, suppositum, quod illa lex intendat unicè favere transfigentem.

1013. Hinc infero contra P. Molinam, probabiliter nec juramento firmari posse talem renuntiationem, non solum tunc quando dolus intervenit, vel alter sit, quid sit contentum in testamento (quo casu etiam P. Molina concedit non posse firmari, quia deest consensus jurantis, qui sub tacita conditione transfigit, si alter aquæ incertus sit de contentis in testamento.) sed etiæ quando uterque nec sit. Ratio est, quia confirmation contractum per juramentum solidum locum habet, quando jura annullant in favorem contrahentis præcisè: atq[ue] annulatio transactionis circa ultimas voluntates necdum perspectas, principalius iura annullant favore testatoris, ut ejus ultima iudicia non inveniantur: ergo non permittunt jura hujusmodi coniunctionem per juramenta encvari in præjudicium terri, prout etiam supponitur in c. 28. de furtis, ibi. cum in alterius præjudicium non redundant.

QUÆRITUR 4. An possint fideicommissari inter se pacifici fideicommissi fibi communiter reliqui sub eventu dubio.

1014. DICENDUM & respondendum affirmativè per legem ii. C. b. t. ubi ponitur causus. [De fideicommisso à patre inter se & fratrem tuum vicissim dato, si alter vestrum sine libertate excellerit, ita, interposita transactione, rata erit.] Qui texus nisi existaret, potius meo iudicio contrarium dicendum esset, ob rationem paulò ante allatum, ne ultime voluntates frustrantur, arquii sui defundit voluntas, ut ad eum perveniret fideicommissum, qui supereriveret. & hoc intervenient fideicommissi. Quamvis possit etiam in oppositum non concinnaria ratio reddi ex eadem lege, quod per eadem transactionem tollatur inter eos votum captandi mortis, & fratrum concordia servetur, ibi. [cum fratum concordia remoto captanda mortis alterius voto improbabilis retinetur.]

Sed quidam minor forte postea si lexum deprehenderet, habetene restituitionis beneficium, q[ui] in eadem lege negativæ. ibi. Neque tam, cui subveniri solet, atatem agere te propinas, &c. Et ratio est, quia iure communis sunt usi, nec plus unus altero remisit.

Uite.

1015. QUÆRITUR 5. An circa alimenta in ultima voluntate reliqua possit fieri transfigatio. q[ui] De hoc exstare imprimis legem 8. C. h. t. que brevis est. [De alimentis praeterritis si qualiter deferatur, transfigi potest. De futuris autem sine prætori seu præzide interposita transactione nulla auctoritate juris censetur.] Deinde exstare lex 8. ff. h. t. cum 25. §§. accuratissime concepta: sed quia nimis longa est, ejus sensum paucioribus exhibeo. De præxitis alimentis reliquo testamento aut codicillis, aut donatione mortis causa, transfigi quidem potest, non item de alimentis in futuris præstandis, absque prætoris auctoritate & causa cognitione, sive transfigentes sint locupletes, sive inopes. Non potest autem Prætor suam iurisdictionem alteri mandare. Cognitio autem eorum in tribus veratur: ut scilicet prætor inquirat causam transactionis, tum etiam modum alimentorum relictorum, præterea personam utriusque, & cui, & à quo sunt reliqua, quorum si vel unum negligatur, inanis est transfigatio. Cur autem tanto pote caveant Imperatores, ne de futuris alimentis testamento reliquisti transfigeret, hæc præcipua ratio fuit: quia facile homines de his, præstante modo contenti, transfigere solent. Et insuper quia facile sic cum ipsi alimentis etiam ultime voluntates intercederent: ac denique quia de natura alimentorum est, ut pauperrim præstentur.

Hinc (ut hoc obiter inseram) aliud dicendum est de aliis contractibus ex quibus alimenta debentur. Cum enim non ita facile quis remittere soleat, quod sibi sua labore & industria comparavit, quam illud quod sibi testamento reliquit est, nihil est cur Prætoris auctoritas ad transfigendum de alimentis ex onero loco contractu prætentis sit necessaria. Quin imo Fulgoius & Albericus, quos citat & sequitur Jason in dictam legem 8. ff. b. t. exilmant, non fore opus Prætoris auctoritate, & cause cognitione, si ille, cui sunt reliqua alimenta, in ultima voluntate, gratis, & absque illa transactione, hoc est, nullâ factâ compensatione remitteret. Ratio est, quia sicut homines difficulter remittunt alimenta, qua debent ex contractu onerofo, quamquam ex tiru lo lucrativo, ita etiam difficulter remittunt alimenta gratis, quam pro aliqua compensatione; ergo ratio ob quam iura volunt posse transfigi, non urgat in gratuita remissione. Sed quidquid se de hac opinione, nunc ad legis contenta redamus.

1016. Prohibetur insuper in eadem lege, ne alimentarius absque Prætoris auctoritate transfigat de agri in alimenta reliqui, vel pro aliamentis obligatis. Alius tamen, cui agri v. g. legati sunt cum onere, ut alimenta præstet, bene potest cum tertio aliquo, v. g. cum ipso hæredi de illis agri transfigere.

## Contr. IV. De Materia Transactionis.

Ulterius prohibetur alimentarius transfigere de lite qua alimentorum nomine fuit intentata. Item prohibetur obligationem alendi commutare in aliam obligationem, vel aliam alienandi modum, vel novare quod debitorem, alium loco prioris accipiendo, vel alia loca, aut tempora, quam testamento cauimus sit, alimentis prescribere.

Quæ omnia vult denique lex esse transactioni tollensis, & illis non observatis actus esse nullum, nisi ipsi testator tali transactioni voluntatem suam accommodasset, vel conditio alimentaria tali transactione melior evasisset.

1017. QUÆRITUR 6. Utrum de rebus Ecclesiasticis, ut de beneficio, de Iure presentandi, de subjectione in spiritualibus, de iuris decimariis, transfigi possit. Negative, ut habeatur in seqq. cap. Et imprimis quod beneficia exstare cap. 4. h. t. ubi generalis ratio redditur. [Quia igitur hujusmodi transactiones specimen continent Simoni, mandamus, quatenus revocata transactione in irritu, causam audiat. ] Quoad Ius præstundi est cap. 9. ed. [Præterea, quando inter Laicos & viros Religiosos de presentatione aliquas Ecclesie questione subiecta transfiguntur, ita quod præsentationem Laicos obtineat: Religiosi vero novam, vel maiorum percipient in Ecclesia, in qua prius nullam vel minorem habere conseruerant portionem, an hujusmodi transactione tenet, quævisisti. Cùm igitur ipsa passio Simoniacæ merito videatur, respondemus, quod deute non tenet, nec ex ea Religiosi ullum debent commodium obtineant. ] Quoad subjectionem exstare sequens cap. ibi. [Prior consequenter pro majori Ecclesia proponebat, quod de spirituali subjectione transfigere non licet. Respondeamus, &c. cum illa transactione inquitur Simoniacam continuisse pertinetur. ] De Decimis habetur in cap. 2. [Statuimus, ut si super decimis inter vos, & aliquam personam Ecclesiasticam de afferent Episcopi vel Archiepiscopi sui compunctione facta fuerit, rata & inconsulta persistat. ] Ex quo cap. constat, quod cum consenserit Episcopi possit fieri amicabilis compunctionis, quia tamen gratia gratis, prout requiritur expeditè in cap. 7. ed. [Alijs si gratis, & amicabiliter inter felicitantes se componant, facias Canonibus nequaquam dicimus obviare. ] Quodsi compunctione facta est absque auctoritate Episcopi, successores non obligati, sed solum componentem quod eis vitam. c. 3. ibi. Sed census absque Episcopali auctoritate folius vitam eius qui solverit, non excedit. Quomodo autem res spiritualis cum alia spirituali, v. g. beneficiū cum beneficio possit commutari absque Simonia, ita ut quod unum minus valet, possit in pecunia suppleri, tractant Canonista in cap. 6. de rerum permutatione. nec ad nostrum intentum facit.

Christ. Haun. de Just. Tom. IV.

QUÆRITUR nunc 6. Quomodo possit fieri transactio circa delicta inter delinquentem, & accusatorem, ut ab accusatione defista.

1018. DICENDUM 1. De adulterio, quamvis sit crimen publicum, & capitale, transfigere non est permisum, de aliis vero criminibus capitalibus, & penam sanguinis seu vita irrogantibus, transfigere & pacisci licet. 1. 18. C. h. t. [Transfigere vel pacisci de crimine capitali, excepto adulterio, prohibitum non est: in aliis autem publicis criminibus quo sanguinis penam non ingerunt, transfigere non licet, citra falsi accusationem. ] Circa qua ultima verba est quædam disflos, quomodo fint intelligenda. Aliqui enim volunt, sensum esse, quod qui de crimen non capitali transfigeret (que transactione prohibetur in texu) incurret in crimen falsi, & penam SC. Turpilianni. Et hunc sensum fuis proponnat Hunnius. Verius tamen, & magis consentaneum textu alii intelligent, Crimen falsi excepit a generali prohibitione, adeoque circa illud, quamvis non sit crimen capitale, possit transfigi. Quamvis, ut verum fatetur, non appareat ratio hoc crimen excepire.

Porrò, rationabile erat posse transfigi circa crimen capitale, quia, ut habetur I. in fine. C. de bonis rerum quibus mortem consiverant: ignoscendam est illi, qui sanguinem suum quoque re medio redemptrum voluit. Quoad crimen publica, sed non capitalia, ratio prohibendi transactionem erat, ne delicta manerent impunita.

1019. Decriminibus non publicis, sed privatis, nihil habetur clavis decimorum. Communiter ergo DD. distinguunt, ut si criminaliter intententur, non licet transfigere, bene tamen sciencerent. Primum distinctionis membrum colligit ex lege 7. s. 1. ff. SC. Turpiliannum. [Si Stellionianus quis objicerit, vel expilata hereditatis crimen, & defitit, posnam SC. Turpiliannum non subfiliabit, ne si furti, vel injuriarum, sed officio iudicis culpa eius coerebitur. ] Secundum vero membrum ex I. 13. C. de furtis. ibi. [Quodsi non transfigili, de furio] sed de sublatis partem tantum acceperit, residuum vindicare vel condicere, & actione furti apud Presidentem agere potes. ] Supponitur ergo quod possit transfigere, ut ab actione civili dicedat.

1020. Quare autem à regula generali circa Crimina publica & capitalia fuerit exceptum adulterium, varia rationes solent Interpretes dividere. Hunnius q. 48. rejectis aliorum opinionibus illam rationem validè probabilem affigunt, quod cum accusatio adulterii certis quibusdam duntaxat personis competat, marito scilicet, & consanguineis atque coniunctis, I. 30. C. ad leg. Jul. de adult. facilè fieri posset, ut admisit a transactione facinus illud impunitum maneret, scilicet quam postular Reipublice utilitas. Adderem ergo huic rationi, quod sicut pauci sunt, qui ad hoc

hoc crimen accusandum adiudicatur; ita econtra finis oppido multi, qui natura corrupta vitio incomparabiliter magis ad hoc crimen committend. in suu propiuu, quam ad ullum aliud crimen capitale, nullumque aliud sit, quod faciliter occulere posset: & opulentis non esset difficile pauperum uxoribus insidiari, quos ad transactionem facile inducerent. Sed quocunque ratio faciat, patrum referat, cum certum sit, rationem non potuisse esse.

Circa dicta hoc queſtitio aliqua dubia breviter expedita restant. Itaque

1021. DUBITATUR 1. Quando quis cum uno accusatore transfigit, an deinceps transactione ejusdem criminis à nullo etiam alio possit accusari. p. Posse accusati à quocunque ailio, cui ceteroquin acculcere possit: arg. legis 1. sup-adduct. C.h.t. & ratio est, quia transactione cum uno aliis nec prodest, nec obest. Hinc neque talis transactione impedit, quominus res possit à Magistratu ex officio, & habita de novo inquisitione, novòque processu formato condemnari: nam pacta privatorum non derogate iuri publico.

1022. DUBITATUR 2. An quem admodum de proprio sanguine transfigere licet, si etiam licet de alieno, v.g. filii, aut aliarum personarum conjunctarum. Et responderetur communiter à DD. affirmativè: quia super patrigravior est mors filii, quam ipsi filio. Ergo benignitas legis etiam ad patrem, inquit etiam ad alios conjunctos extendenda.

1023. DUBITATUR 3. An de crimib; non quidem preenam mortis, sed tamē minilatitudinis, flagellations, aut fustigations inferentibus, transfigere licet. Affirmat post plures alias Petrus Gilkenius in l. 18. C.h.t. Commonior tamen & verius est sententia negativa. Ratio est, quia non comprehenduntur in lege 18. cūm non finis capitalis, nec propriè dicuntur habere pénam sanguinis, per quam intelligebant Imperatores pénam, quā vitam naturalē anfert. Neque arguments adversariorum quidquam in contrarium probant, & factim solvantur, cāque videri possunt apud Hunnum 9. 47.

1024. DUBITATUR 4. An sente de adulterio, ita nec de Stupro transfigere licet. Deute communis idea non licet de Stupro transfigere, quia non est item capitale. Quodsi tamen aliquo Provinciali Statuto inter crimina capitalia veniret, tunc aliqui volent adhuc facere paritatem inter Stuprum & adulterium, quod non licet transfigere. Sed communior est sententia, quod transfigere licet, sicut de alijs capitalibus. Ratio est, quia Stuprum non est adulterium: atq; bolus adulterium excipitur. ergo. Accedit, quod de Stupro possit cuivis de populo accusare; ergo nec ratio eadem est, que pro adulterio asserta lolet; & paulo ante relata fuit.

## CONTROVERSSIA V.

Quam vim, & quos effectus habeat  
quasque actiones pariat Transactionis.

### S U M M A R I U M .

I. Mponit finem libibus. 1025.

Quando tollat actionem. 1026.

Quando debet actio ex stipulatu. 1027.

Quid si dolus intercessit. 1028.

Quid si mortuo consensu disolvatur. 1029.

Quid si unus solus non impletat. 1030.

Quid si unus dedit, sed ab altero nihil accepit. 1031.

Quid si res ab uno data evincatur. 1032.

1025. D CENDUM 1. Transactione ex quæ libibus finem imponit, ac quando sententia transfigit in rem judicatam. l. 10. C.h.t. [Non minorem auctoritatem Transactionum, quam rerum judicatarum esse, recte ratione placuit: si quidem nihil ita fidei congruit humana, quā ea que placuerant custodiari.] Et l. 10. redditus hujus optima ratio. ibi. [Nullus enim crit litij finis, si à transactionibus bona fide interpositis cōperit facile discedi.] & l. 10. dicitur: Cau-

fas,

fas, vel litteris transactionibus legitimis finitis Imperialis scriptio res ipsa non oportet. Hinc, ut iam supra dictum, & ex Iure probatum est, ne quidem prætextu instrumentorum de novo repertorum rescinditur. Ratio est, quia repertio nova instrumentorum, non facit, quod jus tempore transactionis dubium plus valuerit, atque id quod pro discessione acceptum est.

Ceterum, quemadmodum sententia ex falsis instrumentis latet rescinditur, ut habetur rotō titulus Codicis Six falso instrumentis: ita etiam transactiones ex falso instrumentis obtinent, quantumvis jurare non valent, ut supra dixi, & ratio est, quia tunc defuit in contrahente bona fides: immo etiam si per inculpabilem errorē contigisset, adhuc idem dicendum est: quia, ut supra monui, intentio alterius contrahentis est tacitè conditionata: Si vero illa instrumenta quis dubium reddant.

1026. DICENDUM 2. Quando transactione nudo pacto est inita, tunc Iure Civili inspecto, Resolutum parit exceptionem, actori verò (hoc est illi qui item movet, aut movere posset) salva manet prioratio, si non praestetur ab altero id de quo convenienter est. Habetur l. 17. C.h.t. ibi. ac petas, vel pacto statu, vel data restitu. Agere autem vel conditione causa dāta causa non fecit, ut putat Oldendorpius in tab. actionum, v. transaction. p. 2. n. 9. vel actione Praescripsis verbis: cui condicio in sit, ut vult VVelenbeccius.

1027. DICENDUM 3. Quamvis is qui dedit, sed ab altero nihil accepit, possit datum repetrere: si tamen adversarius paratus est fidem transactioni prestat, tunc, eti prius interpellatus fidem praetare non licet, possit tamen se offerre, et aliquid, & hoc sensu dicitur, quod in transactione non licet posse posse sicut in aliis contractibus innominatis. l. 36. C.h.t. [Similior annis 27. transfigisti, quamvis dari tibi placita representata nequid probentur, nec offerant hi, qui conveniuntur, ne quid amplius ab his exigunt, exceptionis profici aquitas.]

Si quatas, quamdiu hoc oblatio utiliter fieri possit. Bachovius existimat, usque ad litteris conclusionem. Alij autem, ut VVelenbeccius & Vigilius, volunt usque ad sententiam esse locum oblationis: quorum ratio est, quia propriè fidem non levatur non ipso jure fit nulla transactionis, sed opere exceptionis: quia etiam post item contulatam opponi potest.

1028. DICENDUM 4. Si dolus intransfigit, datur actio de dole, quā, transactione reficit, prior actio revocatur, nisi specialiter etiā de dole transactionis effet, vel tempus, quo hac actio datur, elapsum esset. l. 4. C.h.t. [Actione administrative cura ab eo qui legimus statim annos expletivis, in Aquilianam stipulationem de-

Christ. Haun. de Just. Tom. IV.

§ 2

CON.

## CONTROVERSIA VI.

Quam Extensionem admittat Transactio Particularis, aut Univer-

salis.

## SUMMARIUM.

**P**articularis transactio non extendit ad alia, sed  
sunt ab initio aliquid petum. 1033.  
Quid si sub universalitate actionum. 1034.  
Quoniam extendat Transactio universalis. 1035.  
Quid si dolus intervenit. 1036.  
An comprehendat bona per ultimam voluntatem reli-  
cta. 1037.  
Quid si petitio fuit particularis, & secuta est transactio  
generalis. 1038.

**D**ICENDUM 1. Quando transactio  
fit circa rem aliquam particularem,  
v.g. circa talem domum, tunc non extendit ad  
quidquam aliud de quo poterat moveri conve-  
nientia, etiamsi à principio aliquid aliud fuerit ab  
actore petum: adeoque circa alia omnia manet illi integrum usus agendi: Causa habetur in  
l. 3. C. h. 1. [Age cum Geminiano, quod pater  
eius curator tibi dat negotia tua gessit. Et si  
apud judicem negabitis, se haec actione teneri, quo-  
niam transactio, & Aquiliana stipulatio interponi-  
ta est, iudex contemplatione judicii, quod bona  
fidei est (intelligo negotiorum gestorum) qua re  
de quanta pecunia nominativa transactio sit: &  
si apparuerit de minore transactum, quantum  
pecuniam reliquam administratione care debet  
probatur fuisse, solvere cum jubebit, quod  
non in stipulacione Aquilianam obligationis  
jure tantum deductum est, quanta erat quantitas  
pecunia, quae debebatur.]

Illud tamen concedendum est, quod trans-  
actio circa rem peculiarem facta, extendat eti-  
am ad ea, quia sunt connecta ac dependencia cum  
illa re, etiamsi in transactio non sit facta ex  
prefixa mentio. Ita Padilla, & Valascus, aliique  
quos sequitur P. Molina d. 558. n. 2.

**D**ICENDUM 2. Quando  
transactio fit circa rem particularem quidem, sed  
sub universalitate actionum, quibus ea res peti-  
posset, et quod forte ex pluribus titulis diversis  
possessor velle probare suum ius, tunc exten-  
ditur transactio ita, ut censeatur actio recessisse  
ab omnibus actionibus. Si vero solidum recessisse  
ab una specie actionum, potest adhuc intentare  
alias. Quod si sermo fuit indefinitus, dicendo, se  
cedere ab actione circa eam rem, & cedere iuri,  
quod forte habebat, tunc, si praecessit petitio rei  
illius ex causa ac titulo particulari, ad eam restri-  
cta censetur transactio. Si vero praecessit petitio

indefinita, dicendo in genere, rem talem ad se  
pertinacem, nullum exprimendo titulum, censetur  
transactio extensa ad omnem causam & titulum.  
Ita post Bartolom & Panotitanum P. Molina.  
Ratio alia non est, quam quia transactio subfe-  
cita videatur conformiter ad precedentem peti-  
tionem.

**1035. D**ICENDUM 3. Si petitio  
fuit generalis, vel indefinita, v.g. circa bona Pe-  
tri (nam indefinita equipollit universalis, ac si  
diceretur: omnia bona, ut tradit Bartolus) &  
transactio etiam subsecuta est generalis, aut in-  
definita, tunc transactio est censenda, siue ex-  
tensta etiam ad ea, quae vnde absque alterius dolo  
non occurrerant. Ita intelligenda est lex 29.  
C. h. 1. [Sub praetextu specimen posse repertarum  
generali transactio finitam rescindi prohibent  
jura.] Sed conclusio intelligenda est de illis bo-  
nis, que inter contrahentes poterant esse contro-  
versia, non que inter alios aut cum aliis. nam  
statim subiungitur. [Error autem circa propri-  
tatem rei apud alium, extra personas transfigen-  
tium tempore transactio constituit, nihil po-  
test nocere.]

**1036. D**ICENDUM 4. Si tamen  
dolus intervenisset in occultatione aliquarum  
rem, ne alter transfigens posset de illis cogitare  
& deliberare, transactio non extendit efficaci-  
ter ad eis dolo occultatas, sed lato competit actio  
de dolo. Causa & resolutio habetur in l. 31.  
ff. de paciis. Tres fratres Titius & Mavius &  
Seia, communem hereditatem inter se divisere-  
runt, instrumentis interpositis, quibus divisi se  
maternam hereditatem dixerunt, nihilque ibi  
commune manifeste caverunt. Sed posset duo  
de fratribus, id est Mavius & Seia, qui absentes  
erant tempore mortis matris iure, cognoverunt,  
pecuniam autem a fratre suo esse subtractam,  
cuja res mentis instrumento divisionis con-  
veniebat. Quare, an post pactum divisionis  
de subreptis pecunia fratribus adversus fratrem  
competit actio. Modelinus respondit, si agentes  
terris ob portione eius quod subreptum a Tito  
dicti, generalis pacti conveni ent exceptio his, qui  
fraudeant a Tito commissam ignorantem trans-  
ferunt, objiciatur, de dolo utiliter replicari  
posse.]

**1037. D**ICENDUM 5. Generalis  
transactio non comprehendit bona per ultimam  
voluntatem relicta, si ultima voluntas necdum  
sunt inspecta & cognita. Ratio est, quia leges  
sua relata expresse statuant, quod transactio  
circa ejusmodi bona, priusquam inspectari ulti-  
ma voluntas, sit nulla, ob periculum fraudum,  
que intervenire possent.

**1038. D**ICENDUM 6. Quando  
praecepsit petitio particularis, deinde vero secuta  
est transactio generalis, non hoc ipso transactio  
extendit ad alia quam ad petita, dummodo  
verba generaliter concepta possint ex modo com-  
muni

## Contr. VII. Qualis Contractus sit Transactio.

muni loquendi restringi ad illud particulare, de  
quo fit instituta petitio. Exemplum. Petrus  
debet Ioanni 100. ex mutuo, & ducenta ex ven-  
dito. transfigant, facta petitione centum debi-  
torum ex mutuo, transactio de illis solis intelligi-  
tur, etiamsi in transactio Ioannes dixisset:  
remitto sibi totum debitum, quod petere possem. Ha-  
betur l. 31. C. h. 1. [Si de certa re pacto transactio-  
nis interposito hoc comprehensum erat: nihil  
amplius peti: esti non additum fuerat: eo nomine  
de ceteris tamen questionibus integra permane-  
at actio.] Ratio est, quia subsequens tractatio, de-  
bet, si potest, concordari cum petitione, illicie  
respondere, nisi ex verbis, aut aliis circumstan-  
tias aliud colligatur.

## CONTROVERSIA VII.

Vtrum Transactio sit Contractus stricti  
Iuris.

## SUMMARIUM.

**A**N transactio sit stricti Iuris, inspectis Juribus.  
1039.  
An qui de injuria transigit, censeatur remississe da-  
mmum injuria datum. 1040.

**1039. D**ICENDUM est ob communem In-  
terpretum auctoritatem esse stricti Iu-  
ris. Probatur 1. ex §. 18. Inf. de actionibus, ubi  
actiones bona fidei enumerantur, nec tamen  
inter illas ponitur actio, qui competit ex trans-  
actio pacto nudo: nempe prescriptis verbis.  
Nam licet ibi ponatur actio, prescriptis verbis;  
ea tamen restringitur ad estimatores & permula-  
tores. Unde inferunt Interpretes, ceteros  
contractus innominatos esse stricti iuris. Ita  
quidem in Iure Statutorum: & differentia actionis  
bona fidei stricti iuris videtur possunt apud  
Harprecht in d. §. Verum nec apud hunc, nec  
apud alium Interpretem potest reperiri regulam  
aliquam generalem ex intinseca natura. Conven-  
tions peccatum, unde quasi a priori colligi &  
inferredi possit, cur iste vel ille contractus sit bona

1040. Ex eo quod iste contractus sit stricti  
Iuris, inferunt Teutlerus, quod si qui de injuria  
transigit, non censeatur remississe jus perfe-  
quidi damnum injuria datum, quia est diversum  
utriusque objectum, nec unum est alterius  
accessorium.

Item, quavis de principali negotio trans-  
actum sit, & hoc ipso eriam censeatur remississe  
expensis litis tanquam accessoriis, non tamen  
censemur remississe expensis consumacis, quia  
non accessoriis sed principaliter debentur,  
ut idem auctor tradidit post Gail &  
Myngierum, quia tamen ad pre-  
sentem materiam non  
spectant.